orior, aufgehen, ſichtbar werden, entſpringen, abſtammen, geboren werden: alqs: quem equestri ortum loco consulem videt; leg. agr. I, 27. qui ab illo ortus es; Muren 66. ne quis oreretur || oriretur || aliquando in tanta ubertate improborum qui ..; dom. 69. unde se is ortum gloriari solet; Piso fr. 3. quae ille a Iove ortus suis praecipit filiis; Planc. 59. haec pari loco orti sunt innumerabiles alii consecuti; ib. 60. quod ego huc a me ortus ... ascendi; ib. 67. cum idem animus ... in eum se locum, unde esset ortus, rettulisset; Scaur. c. 3. § 4. ab his orti Poeni ... nihil se degenerasse docuerunt; ib. 42. scitis me ortum e vobis; Rab. Post. 15. quibus ortus sis ... considera; Phil. II, 118. quid .. non debeo vobis, .. quem vos a se ortum hominibus nobilissimis ... praetulistis? ib. VI, 17.

alqd: ſ. scelus.

adfinis: si (adfinis) est ortus ab illis, quos ..; dom. 134.

bellum: C. Pomptinus ... ortum repente bellum Allobrogum ... proeliis fregit; prov. cons. 32. ex quibus (discordiis) oriuntur bella civilia; Phil. VII, 25.

causa: ne qua oreretur belli civilis causa propter se; Phil. X, 8.

controversia: cum quaedam in callibus ... controversia pastorum esset orta; Cluent. 161.

crimen: hinc in Ligarium crimen oritur; Ligar. 22.

doctrina, fruges: ſ. humanitas.

gravitas: unde orta mihi gravitas et magnitudo animi videtur; Sest. 141.

homines: qui (cursus) semper patuerit hominibus ortis hoc nostro equestri loco; Planc. 17.

humanitas: adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortae ... putantur; Flacc. 62.

incendium: oriens incendium qui restinguerent, summos viros misimus; Phil. XIII, 48.

initium: hoc initio suspicionis orto; Cluent. 180.

iura, leges: ſ. humanitas.

magnitudo: ſ. gravitas.

scelus: ne quid postea sceleris oreretur || oriretur ||; Phil. XIV, 4.

seditio: ex pertinacia aut constantia intercessoris oritur saepe seditio; ... oritur ex concertatione magistratuum; oritur sensim ex clamore primum, deinde aliqua dissensione contionis; Sest. 77.

senator: si ipse (senator) orietur et nascetur ex sese; Cael. 19.

suspicio: de quo (homine) esset orta suspicio pecunia oppugnatum; Cluent. 76.

timor: ut maior timor oriatur; Phil. VIII, 3.

vis: quanta vis illa fuerit oriens et congregata; dom. 67.

ornamentum, Ausrüſtung, Zierde, Schmuck, Vorzug, Auszeichnung, Ehre: I. **abſolut:** 1. **Subject:** decent, conveniunt: ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me et convenire eis rebus, quas gesseram, non putabam; prov. cons. 41.

dicit: dixit senator populi Romani, ... decus atque ornamentum iudiciorum; Caecin. 28.

disperit: unumne fundum pulcherrimum populi Romani, ... pacis ornamentum, ... disperire patiemini? leg. agr. II, 80.

est, sunt: erat praeterea magna vis eboris, multa ornamenta; Verr. IV, 103. quod permulta essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiam posset; Cluent. 154. in quo (loco) ... ullum ornamentum reliquum sit; prov. cons. 7. cum in superioribus causis hominis ornamenta fuerint; ib. 29. ut ... hominis ipsius ornamenta adiumento causae potius quam impedimento esse malitis; Balb. 19. quae ornamenta etiam in Sex. Clodio ... esse voluisti; Piso 23. quae (ornamenta) multa et magna sunt; Planc. 6. confiteor summa in Laterense ornamenta esse; ib. 63. summa nobilitas est, ... plurima urbis ornamenta ipsius; Phil. XIII, 8. ſ. IV, 1. alqd; div. Caec. 19. — V, 1. parere.

exstant: ut ... fani .. ornamenta non exstent; Verr. V, 186.

insunt: sese vidisse, in ea vita qualis splendor inesset, quanta ornamenta, quae dignitas; Cluent. 153.

lucent: illa ornamenta in virtute et industria posita lucent; Phil. XIII, 24.

movent: neque vero ornamenta ista villarum (me movent); Fr. B. VII, 8.

occidunt: omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta unius iudicii calamitate occiderunt; Sulla 88.

superest: ſ. IV, 1. alqd; dom. 111.

2. **Prädicat:** sum: id quod ornamentum imperii est; Verr. II, 2. est ... illud ornamentum dignitatis; Phil. III, 13. qui ipsi sunt ornamenta rei publicae; ib. XI, 36.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** amitto: cum ... Q. Opimius ... ornamenta omnia amiserit; Verr. I, 156. omnibus ornamentis amissis, Cluent. 120.

appello: Castricium ... ornamentum populi Romani ... appellant; Flacc. 75.

appeto: ut ... neque ornamentum aliquod ... appetiturus sim; leg. agr. I, 25.

apporto: ſ. tollo; Verr. I, 57.

attingo: ut ex oppido Thermis ... nullum ornamentum ... attingeres; Verr. II, 113.

aufero: ſ. reddo; Verr. IV, 6. — IV, 1. alqd; div. Caec. 19.

cognosco: cetera signa et ornamenta cum cognoscerent; Verr. I, 59.

comparo: ornamenta ista et beneficia populi Romani non minore negotio retinentur quam comparantur; Verr. V, 175.

concedo: eis hominibus ... ornamenta sua concedant necesse est; Sex. Rosc. 139.

condo: in animis ego vestris ... omnia ornamenta honoris ... condi et conlocari volo; Catil. III, 26.

confero: si urbis ornamenta domum suam non contulisset; Verr. IV, 121. neque ego ceteras copias, ornamenta, praesidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo; Catil. II, 24.

conficio: cuius ille ordinis ... ornamenta confecit; Sest. 110.

congero: ad quem cum di atque homines omnia ornamenta congessisent, tum ..; Deiot. 12.

conloco: cum illa maiorum ornamenta in eorum oppido conlocabantur; Verr. II, 86. ſ. condo.

constituo: si ex isto genere splendorem ordini atque ornamentum curiae constituere velitis; Verr. II, 77.

contineo: ornamentum civitatis ... publicanorum ordine continetur; Planc. 23.

converto: non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa; har. resp. 41.

custodia: ſ. teneo.

depono: omnibus provincialibus ornamentis ... depositis; sen. 35.

deripio: hoc ius in civitate constituat, ... omnia vitae ornamenta per summum dedecus et ignominiam deripi convenire; Quinct. 64.

desidero: quorum tacita gravitas et fides de uno quoque loquitur neque cuiusquam ornamenta orationis desiderat; Sulla 82.

detraho: detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis? Verr. I, 113.

do: quod ornamentum pueritiae pater dederat, ... hoc ... ereptum esse graviter ... homines ferebant; Verr. I, 152. ubi tot tantaque ornamenta magistratibus et legatis a senatu populoque Romano permissa et data? ib. V, 83.

enumero: quod ea (ornamenta) non enumeres; Planc. 63.

eripio: tu populo Romano subsidia belli, tu ornamenta pacis eripias? leg. agr. I, 3. mihi eripuisti ornamentum orationis meae; Planc. 83. ſ. do; Verr. I, 152. repeto. — IV. alqd; div. Caec. 19.

expeto: ab hoc eiecto cadavere quicquam mihi ... ornamenti expetebam? Piso 19.

habeo: nam ipse (Sulla) quidem ... quae habebit ornamenta, quae solacia reliqua vitae, quibus laetari et perfrui possit? Sulla 88.

interficio: vidi hunc ipsum Q. Hortensium, ... ornamentum rei publicae, paene interfici ..; Milo 37.

intueor: quod intueor coram haec lumina atque ornamenta rei publicae, P. Servilium et M. Lucullum; prov. cons. 22.

ministro: „a nobis omnia populo Romano ... pacis ornamenta ministrata sunt"; Verr. V, 124.

minuo: decus illud et ornamentum triumphi minuendum nostra parsimonia non putavi; prov. cons. 28.

mitto: cum ad nos Cotylam mitteret, ornamentum atque arcem amicorum suorum; Phil. VIII, 24.

nomino: decora atque ornamenta fanorum posthac ... in instrumento atque in supellectile Verris nominabuntur; Verr. 97.

obtineo, pario: si, quae pudore ornamenta sibi peperit, ea potest contra petulantiam me defendente obtinere; Quinct. 94.

perdo: quin .. res publica ... multa perderet .. ornamenta dignitatis ... suae; Marcell. 24.

permitto: ſ. do; Verr. V, 83.

pono: in istius lenonis turpissimi domo simul cum ceteris Chelidonis hereditariis ornamentis Capitolii ornamenta ponentur; Verr. IV, 71. ſ. I, 1. lucent.

praetermitto: qui horum ornamenta propter periculorum magnitudinem praetermisissent; Cluent. 154.

quaero: quae, quia cognita sunt ab omnibus, verborum ornamenta non quaerunt; Cluent. 107. qua re .. si cupidus es gloriae, alia ornamenta, censeo, quaeras; Flacc. 75.

reddo: ut quanto honore ipsa ex illorum dignitate adficeretur, non minora illis ornamenta ex sua laude redderet; Sex. Rosc. 147. qui tamen signa atque ornamenta sua cuique reddebant, non ablata ex urbibus ... domum deinde atque ad suas villas auferebant; Verr. IV, 6.

relinquo: (Lentulus) Popilium ... in senatum non legit; locum quidem senatorium ludis et cetera ornamenta relinquit; Cluent. 152. eundem ... bona creditorum ... divisisse, ... neque tamen ullo in ... loco ... ornamentum reliquisse; Sest. 94.

repeto: non ornamenta, quae ex urbibus fanisque erepta sunt (repetunt); Verr. V, 126.

requiro: uno enim tempore Agrigentini beneficium Africani, religionem domesticam, ornamentum urbis ... requirebant; Verr. IV, 93. quibus (vectigalibus) amissis et pacis ornamenta et subsidia belli requiretis; imp. Pomp. 6.

restituo: cum Sex. Pompeium restituit civitati, maximum ornamentum rei publicae; Phil. V, 39.

retineo: ab hoc (oratore) .. pacis ornamenta retinentur; Muren. 30. ſ. comparo.

scribo: ſ. tollo; Verr. I, 57.

teneo: tum ... Byzantii et postea signa illa et reliqua urbis ornamenta sanctissime custodita tenuerunt; prov. cons. 6.

tollo: quae signa atque ornamenta ex eius urbibus sustulisses; Verr. I, 54. quae signa atque ornamenta ex urbe hostium ... sustulit, ea populo Romano apportavit, per triumphum vexit, in tabulas publicas ad aerarium scribenda curavit; ib. 57. cum ... hic .. illorum monumenta atque ornamenta sustulerit; ib. IV, 123.

transfero: hic ornamenta Minervae virginis in meretriciam domum transtulit; Verr. IV, 123. in fundum .. vicini consulis ... ornamenta villae ... transferebantur; dom. 62. qui ... ad se ex eis (hortis) omnia ornamenta transtulerit; Phil. III, 30.

tribuo: non quin hanc personam et has partis ... vestris plurimis ornamentis mihi tributis deberem; har. resp. 61. quod ... adhuc a me est tributum Hirtio ornamentum; Phil. XIII, 41.

veho: ſ. tollo; Verr. I, 57.

vendo: nulla umquam civitas tota Asia et Graecia ... ullum .. ornamentum urbis sua voluntate cuiquam vendidit; Verr. IV, 133.

video: in quibus subselliis haec ornamenta ac lumina rei publicae viderem; Sulla 5.

violo: hanc deam quisquam violare audeat, ... ornamentum sepulcri? dom. 112.

viso: signa et tabulas ceteraque ornamenta Graecorum oppidorum ... sibi ille ne visenda quidem existimavit; imp. Pomp. 40.

2. **Dativ**: adversor: ego vero quibus ornamentis adversor tuis? Sulla 50.

cedo: si cedo illius ornamentis; Planc. 6.

debeo: ſ. 1. tribuo.

sum: victoria nobilium ornamento atque emolumento rei publicae populoque Romano debet esse; Sex. Rosc. 142. quae (monumenta) illi ornamento urbibus esse voluerunt; Verr. a. pr. 14. dices tua quoque signa et tabulas pictas ornamento urbi foroque populi Romani fuisse; ib. I, 58. ea domus ... ornata sic fuit, ut urbi quoque esset ornamento; ib. IV, 3. domus erat non domino magis ornamento quam civitati; ib. 5. putavit ... domum suam ornamento urbi futuram; ib. 121. omnia .., quae ornamento urbi esse possent; ib. 72. victoriae putabat esse multa Romam deportare, quae ornamento urbi esse possent; ib. 120. idem nunc ... pertimescit, ne ... ornamento et adiumento non sit suis; Font. 48. utrum .. amicitias clarorum virorum calamitati hominibus an ornamento esse malitis; Balb. 65.

3. **Ablativ**: abundo: cuius oratio omnibus ornamentis abundavit; Balb. 17.

abutor: ne ornamentis eius omnibus Sex. Naevius pro spoliis abutatur; Quinct. 99.

nudo: cuius (Iunonis) duo fana ... iste omnibus donis ornamentisque nudavit; Verr. V, 184.

perfruor: ſ. 1. habeo.

privo: eas (urbis) C. Verres ... illis ornamentis ... privavit; Verr. V. 124. nolite .. eum ... dignitatis ornamentis ... velle esse privatum; dom. 146.

spolio: ea res ... in discrimine versatur, utrum possitne se ... parsimonia defendere, an deformata atque ornamentis omnibus spoliata, nuda cupiditati petulantiaeque addicatur; Quinct. 92. eius .. vitam quisquam spoliandam ornamentis esse dicet? Sest. 83. tune Venerem illam tuam spoliare (ausa es) ornamentis? Cael. 52. si eam (salutem) nullis spoliatam ornamentis dedisset;

Ligar. 7. qui te ..., spoliatum ornamentis omnibus, ... Africanis oratoribus tradiderunt; Fr. B. VIII, 14. c.

4. **mit Präpositionen:** addo ad: ad haec ... ornamenta dignitatis meae reliqua vos îdem addidistis; sen. 27.

cohibeo ab: qui ab ornamentis fanorum atque oppidorum ... manus, oculos, animum cohibere possit; imp. Pomp. 66.

confero in: si est aequum praedam ac manubias suas imperatores non ... in urbis ornamenta conferre; leg. agr. II, 61.

decerno de: decernat de vita et ornamentis suis omnibus; Quinct. 43.

demo de: demi ... de his ornamentis aliquantum malim; Fr. B. VI, 43.

III. **nach Adjectiven:** 1. plenus: Verres ornamentorum fanorum atque oppidorum habeat plenam domum, villas refertas; Verr. IV, 126.

praeditus: L. Suetius, homo omnibus ornamentis praeditus; Verr. I, 14. summis ornamentis honoris, fortunae, virtutis ingenii praeditus, Q. Hortensius; imp. Pomp. 51. homo omnibus ornamentis virtutis et existimationis praeditus; Fr. A. III, 17.

IV. **nach Substantiven:** 1. alqd: „quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus ... fuit, ... eripuisti atque abstulisti"; div. Caec. 19. ornamentorum quod superfuit in fanis et communibus locis; dom. 111.

dignitas: numquam tibi venit in mentem, .. tibi ... tantam .. ornamentorum omnium dignitatem datam; Verr. V, 39. summam video esse in te ... dignitatem ... ceterorum .. ornamentorum omnium; Muren. 15.

pars: ne quam partem huic propinquo suo ullius ornamenti relinquat; Quinct. 38.

2. alqd de: ut turpissime flagitiosissimeque discedat, nihil de suis veteribus ornamentis requiret; div. Caec. 71.

V. **Umstand:** 1. **Ablativ:** adficere: videte nunc eos ... quanto maioribus ornamentis adficiat, quam ..; leg. agr. II, 31. omitto quantis ornamentis populum istum C. Caesar ... adfecerit; Balb. 43.

amplus: si hominis et suis et populi Romani ornamentis amplissimi causam ... repudiassem; Muren. 8.

decipere: „ut isdem ornamentis deceperit vos, quibus deceptum Caesarem gloriatus est"; Phil. XIII, 40. a me „deceptos" ait „isdem ornamentis" Hirtium et Caesarem; ib. 41.

decorari: ut (Ser. Sulpicius) eis ornamentis decorari debeat; Phil. IX, 17.

florere: quae (praeturae) et ceteris ornamentis et existimatione innocentiae maxime floruerunt; Font. 41.

honestare: si tuus parens ... advocationem hominis improbissimi sella curuli atque ornamentis et suis et consulatus honestavit; Sulla 81.

laetari: ſ. II, 1. habeo.

mitigare: ſ. I, 1. est; Cluent. 154.

ornare: ut ... videatur pluris hic villas ornamentis fanorum quam ille fana spoliis hostium ornasse; Verr. III, 9. qui forum et basilicas ... ornamentis amicorum ... ornarent; ib. IV, 6. ſ. I, 1. decent.

par: ecquem (hominem) vere commemorare possumus parem ... rerum gestarum ornamentis M. Aemilio Scauro fuisse? Font. 24.

parere: honos paritur non eis ornamentis, quae esse in te videmus; Planc. 7.

superari: quibus (ornamentis) L. Paullum et L. Mummium ... ab aliquo video perfacile Deliaco aut Syro potuisse superari; Fr. B. VII, 8.

2. **Präpositionen:** causa: quae ornamenti causa fuerunt, non requirit; Verr. IV, 18.

cum: ut in singula conclavia ... tricenos || ternos || lectos ... cum ceteris ornamentis quaereret; Verr. IV, 58. ſ. II, 1. pono.

in: neque hoc solum in statuis ornamentisque publicis fecit; Verr. a. pr. 14. cum ... senatus auctoritatem suam in virorum fortium funeribus ornamentisque ostenderit; Phil. IX. 16.

sine: quos (legatos) ... alii sine ullis verborum ornamentis dabant; prov. cons. 28.

ornate, zierlich, geſchmackvoll: ago: cum quidem ipse (consul) egit ornatissime meam causam; sen. 26. satis ornate agere nullo modo possum; ib. 30.

apparo: magnifice et ornate ... convivium apparat || comparat ||; Verr. I, 65.

defendo: ornate et copiose L. Crassus ... iudicio centumvirali hanc sententiam defendit; Caecin. 53.

dico: multa ... graviter ornateque dixisti; imp. Pomp. 52. cum ... alius .. alio gravius atque ornatius de mea salute dixisset; Sest. 74. quod ornate politeque dixisti; Cael. 8. nihil .. umquam audivi quod mihi de iure subtilius dici videretur,... nihil de causa et crimine ornatius; Balb. 2.

peroro: illam partem causae facile patior graviter et ornate a M. Crasso peroratam; Cael. 23.

praedico: quae de illo viro Sulla, quae Murena ... quam ornate ... praedicaverunt! Phil. XI, 33.

scribo: cum ... Platonis ... ornate scriptum librum de morte legisset; Scaur. c. 3, § 4.

ornatus, Kleidung, Ausrüſtung, Schmuck, Zierde: I: decet: quem decet muliebris ornatus; Fr. B. II, v, 1.

delectat: hic ornatus, haec opera atque artificia ... Graecos homines nimio opere delectant; Verr. IV, 132.

manent, effugiunt: quorum (parietum) ornatus tot saecula manserant, tot bella effugerant; Verr. IV, 122.

II, 1. recupero: ipse (Sulla) ornatum ac vestitum pristinum recuperabit; Sulla 88.

2. deporto ad: hoc (simulacrum) quidam homo nobilis ... ad ornatum aedilitatis suae deportavit; dom. 111.

facio ad: ut intellegi posset (candelabrum) non ad hominum apparatum, sed ad amplissimi templi ornatum esse factum; Verr. IV, 65. existimabat ea non ad hominum luxuriem, sed ad ornatum fanorum atque oppidorum esse facta; ib. 98.

quaero ad: se ad ornatum ludorum aurum quaerere; Cael. 53.

III. partitio: in hac partitione ornatus non plus victoria Marcelli populo Romano appetivit quam humanitas Syracusanis reservavit; Verr. IV, 121.

IV, 1. adornari: vidi ... forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu; Verr. I, 58.

gerere: si (mulier) .. ita sese gerat, non incessu solum, sed ornatu atque comitatu ..., ut ..; Cael. 49.

zum Satz: rex Antiochus, qui Romae ... comitatu regio atque ornatu fuisset; ib. IV, 67. hoc iam ornatu ad vos confugiunt; ib. V, 127. cum illum ... cognovi muliberi ornatu ... ex domo pontificis maximi emissum; har. resp. 4. sed omitto epulum ..., festum diem, ... omni apparatu ornatuque visendum || visendo ||; Vatin. 31.

2. in: in ornatu urbis habuit victoriae rationem, habuit humanitatis; Verr. IV, 120.

orno, ornatus, ausrüſten, ausſtatten, verſehen, ſchmücken, zieren, ehren: alqm: tribus praediis, hoc est praemiis sceleris, ornatus; Sex. Rosc. 117. C. Piso, tali fide, virtute, gravitate, auctoritate ornatus; Qu. Rosc. 7. omnibus .. rebus is, qui princeps in agendo est, ornatissimus et paratissimus esse debet; div. Caec. 47. ornabat eum beneficiis officiisque omnibus; Verr. I, 34. Heraclitum ... ornatum supellectile, argento, veste, mancipiis futurum; ib. II, 35. ergo ab universa provincia, generatimque ac singulis eius partibus non solum diligitur, sed etiam ornatur; ib. 168. ornabant eos, qui in operis erant; ib. III, 94. qui non ... tardiores [fuerunt], sed ornatiores tuo iudicio ad testimonia dicenda venerunt; ib. 186. C. Heius ... omnibus rebus illa in civitate ornatissimus; ib. IV, 3. ne cui forte (praetor) ... videatur .. se satis, cum potestatem habuerit, instruxisse et ornasse; ib. 60. rex ita discessit, ut et istum copiose ornatum et se honorifice acceptum arbitraretur; ib. 62. ornentur alii mortui genere ac nomine; ib. 81. armatos ... quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis telisque parati ornatique sunt; Caecin. 60. ornari hunc (Cn. Pompeium) iustissime posse intellegebant; leg. agr. II, 23. ego cum ... sim insignibus .. amplissimis ornatus || exornatus ||, imperio, auctoritate; ib. 101. cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliae, singulari voluntate Campaniae [vicinitatis] ornetur; Rabir. 8. nobis .. curriculum natura circumscripsit immensum gloriae; qua [re] si eos, qui iam de vita decesserunt, ornabimus ..; ib. 30. tu rebus omnibus ornatus ... sis? Catil. II, 18. ornetur alter eximia laude Africanus; ib. IV, 21. (L. Murena) modo maximo beneficio populi Romani ornatus fortunatus videbatur; Muren 86. quorum amplissimis iudiciis ornatus quaestor factus est; Flacc. 5. Hermippum ..., ornatissimum civitatis suae, probris omnibus maledictisque vexat; ib. 48. in ornandis studiosiorem Mithridatem quam in spoliandis Trallianis fuisse; ib. 59. cum te ... omnium bonorum praesidio ... ornatum fore pollicebar; ib. 103. tu ornatus exuviis huius venis ad eum lacerandum, quem ..; Sulla 50. omnes, qui vestris maximis beneficiis honoribusque ornati sunt, producti ad vos ab eodem ... ad me conservandum vos cohortati sunt; Quir. 16. „cur ornat eum, a quo desertus est? dom. 29. cum ... a populo Romano semper sim ... ornatus; ib. 88. vos me florentem semper ornastis; sen. 31. hunc .. Deiotarum, ... clarissimorum imperatorum testimoniis ornatum, tu etiam regem appellari cum Brogitaro iubes? har. resp. 29. in qua (contione) Pompeium ornat an potius deformat? ib. 50. qui ad delendum senatum ... se illis fascibus ceterisque insignibus summi honoris ... ornatos esse arbitrabantur; Sest. 17. non illi ornandum M. Catonem ... putaverunt; ib. 60. non restitui me solum, sed etiam ornari a senatu decere; ib. 78. quem sua lege et suo beneficio ornatum ... solet gloriari; ib. 135. hunc ... divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto; Cael. 39. a quo (senatu Caesar) ornatus est; prov. cons. 29. qui si Fortunae muneribus amplissimis ornatus saepius eius deae periculum facere nollet; ib. 35. C. Iulius omnibus a senatu eximiis aut novis rebus ornatus; ib. 39. quibus (ornamentis) ille me ornabat; ib. 41. C. Caesarem senatus et genere supplicationum amplissimo ornavit et numero dierum novo || novem ||; Balb. 61. me Cn. Pompeius ... ornatissimum voluit esse; Piso 76. quod illi in hoc ornando ordinem se ornare et consulere liberis suis arbitrabantur; Planc. 24. non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor, .. sed custodem salutis meae; ib. 102. me ... ornatum florentemque esse voluisti; ib. 104. omnibus me rebus a te non conservato solum, sed etiam ornato; Marcell. 34. is ... a te .. honore amplissimo ornatus arguitur ..; Deiot. 15. (Deiotarus) ab omnibus (imperatoribus) .. est ornatus; ib. 37. qui (praevaricator) me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam alienis; Phil. II, 25. C. Caesar ... maximis senatus laudibus ornatus est; ib. IV, 2. nimium a me Brutum [nimium Cassium] ornari; ib. XI, 36. quos ego orno? nempe eos, qui ..; ib. D. Brutum nonne omnibus sententiis semper ornavi? ib. an Antonios potius ornem || ornarem ||? ib. an Censorinum ornem || ornarem ||? ib. te non intellegis ... Caesare ornato ... hostem iudicatum? ib. XIII, 23. negare non possum a Caesare Hirtium ornatum; ib. 24. „acerbissimum .. est te, A. Hirti, ornatum || orn. esse || beneficiis Caesaris ..“; ib. qui te ab eodem Caesare ornatum negare non potes; ib.

alqd: is id, quod erat aedificaturus, eis rebus ornare, quas ceperat, noluit; Verr. IV, 123. vereor ne, haec qui non viderint, omnia me nimis augere atque ornare arbitrentur; ib 124. magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest, quod ..; leg. agr. II, 4. ut ea, quae gessi in consulatu, privatus tuear atque ornem; Catil. III, 29. id se pro dignitate hominis ornare ... solere; dom. 19.

aditus: paternis atque etiam huius amplissimis donis ornati aditus Iovis Optimi Maximi ... M. Scaurum ... *defendunt;* Scaur. 47.

adulescentem: M. Caecilium, fratrem tuum, lectissimum atque ornatissimum adulescentem; div. Caec. 29. te nunc, P. Scipio, ... lectissimum ornatissimumque adulescentem appello; Verr. IV, 79. ille omni et humanitate et virtute ornatus adulescens; Planc. 58. quod (sacrarium) est in fundo T. Sergii Galli, in primis honesti et ornati adulescentis; Milo 86. spero fore huius adulescentis ornandi ... et nobis et populo Romano potestatem; Phil. V, 45.

adulescentiam: aducescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata; Fr. B. VI, 2.

aedem: quae (aedes) fuit ante istius adventum ornatissima; Verr. IV, 118. quam (aedem Marcellus) plenam atque ornatam reliquit; ib. 122.

aedilitates: quorum aedilitates ornatissimas vidimus; Verr. IV, 133.

aetatem: pudor, qui ornat aetatem; Sex. Rosc. 149.

agrum: P. Fabius .. emit agrum ... dimidio fere pluris incultum, quam quanti integrum atque ornatissimum ... Claudius *emerat;* Tull. 14.

Amisum: Sinopen atque Amisum, ... omnibus rebus ornatas ac refertas, ... esse captas; imp. Pomp. 51.

auctoritates: ſ. iudicia.

basilicas: ſ. forum; Verr. IV, 6.

Capitolium: multi ... habent .. in animo Capitolium sic ornare, ut templi dignitas ... desiderat; Verr. IV, 68. tibi haec opera sumenda est, ut Capitolium ... copiosius ornatum sit quam fuit; ib. 69. quod (Capitolium) privati homines de suis pecuniis ornant ornaturique sunt, id C. Verres ab regibus ornari non passus est; ib. 71.

caput: cum abs te caput illud tam multis verbis mercennarioque prooemio esset ornatum; Verr. I, 111.

causam: non modo non laedetur causa nobilitatis, ... verum etiam ornabitur; ib. 138. quorum studio et dignitate ... ornari causam ... vides; Sulla 4.

civem: P. Servilius, gravissimus vir et ornatissimus civis; Quir. 17. quidnam tot optimis et ornatissimis civibus est futurum? Planc. 62. quem tandem civem umquam ornabitis; Phil. X, 7.

civitates: Siciliae civitates multae sunt ... ornatae atque honestae; Verr. III, 170. queritur gravis, locuples, ornata civitas, quod ..; Flacc. 56.

classem: contra bellum praedonum classem habuit ornatam; Verr. V, 42. nihilo diligentior ad classem ornandam ... esse coepit; ib. 80. haec dicito: classem instructam atque ornatam fuisse; ib. 135. qui [postea] cum maximas aedificasset ornassetque classis; imp. Pomp. 9. ab eodem imperatore classem magnam et ornatam ... superatam esse atque depressam; ib. 21.

comitatum: adulescens ... cum maximo ornatissimoque comitatu venit in oppidum Graecorum; Flacc. 18.

comitem: cum ornasset Thraecidicis comitem et familiarem suum; Phil. VII, 17.

comitium: ſ. forum; Verr. III, 9.

convivium: (fatetur se) non ornare magnifice splendideque convivium; Quinct. 93. Cn. Calidio ... licuit ... ornare et apparare convivium; Verr. IV, 44.

copias: dico ... maximas Mithridati copias omnibus rebus ornatas atque instructas fuisse; imp. Pomp. 20.

xviros: primum lege curiata xviros ornat; leg. agr. II, 26.

decreta: omnes ... societates de meo consulatu ac de meis rebus gestis ... ornatissima decreta fecerunt; dom. 74.

deos: ille deos deorum spoliis ornari noluit; Verr. IV, 123.

dignitatem: frequentissimus senatus ... dignitatem meam quibus potuit verbis amplissimis ornavit; Quir. 15. *qui ... ornasset dignitatem domo;* Scaur. 45.

domum: ea domus ... ornata sic fuit, ut urbi quoque esset ornamento; Verr. IV, 3. Verres Africani monumentis domum suam ... ornabit? ib. 83.

egressum: frequentia sua vestrum egressum ornando ... prosequebantur; Piso 31.

equitem: equitem Romanum omnium ornatissimum; Cluent. 198. cum ornatissimum equitem Romanum P. Clodius M. Papirium occidisset; Milo 18.

exercitum: exercitus .. Cn. Pompei maximus atque ornatissimus hiemavit in Gallia; Font. 16. Capua ... opportunissimum se nobis praebuit ... ad exercitus ornandos; leg. agr. II, 90. quod (L. Flaccus) se tribunum militum, quod questorem, quod legatum imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis ... dignum suis maioribus praestitit; Flacc. 101.

factum: Scipionis factum .. P. Mucius ... multis senatus consultis ... ornavit; dom. 91.

familiarem: ſ. comitem.

forum: ludis ipsis Romanis, foro ornato; Verr. I, 141. huius signis et tabulis forum comitiumque ornari; ib. III, 9. dum forum dis immortalibus populoque Romano habuit ornatum; ib. IV, 6. qui forum et basilicas non spoliis provinciarum, sed ornamentis amicorum, commodis hospitum, non furtis nocentium ornarent; ib. spectet forum ornatum; ib. 126.

fratrem: quae (femina) cum ... ornatissimum fratrem haberet; Sex. Rosc. 147.

gladiatores: ut (homines sicarii atque gladiatores) spoliis ex hoc iudicio ornati auctique discedant; Sex. Rosc. 8.

Graeciam: quae (Graecia) ... M. Bruti imperio auctoritate copiis ... ornata tendit dexteram Italiae; Phil. X, 9.

hominem: testimonium ... duorum senatorum, hominum ornatissimorum; Qu. Rosc. 43. petam a C. Cluvio, equite Romano, ornatissimo homine; ib. 48. credent omnes quinque et triginta tribus homini gravissimo et ornatissimo M. Annio; Verr. I, 14. M. Octavium Ligurem, hominem ornatissimum loco, ordine; ib. 127. homo ... omnium existimatione ornatissimus; ib. II, 102. meministis ... rem .. hanc totam C. Sacerdotis. hominis ornatissimi, testimonio comprobari; ib. 119. utar teste ... quo? P. Vettio Chilone, homine equestris ordinis honestissimo atque ornatissimo; ib. III, 166. homo disertissimus et omni doctrina et virtute ornatissimus; ib. 203. publicani, homines honestissimi atque ornatissimi; imp. Pomp. 17. homines honesti atque omnibus rebus ornati; Cluent. 176. homo ... honoribus populi ornatus; ib. 177. cum haberet haec res publica ... homines non solum honoribus populi rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornatos; leg. agr. II, 64. me ... hominis sapientissimi atque ornatissimi Ser. Sulpicii conquestio ... commovebat; Muren. 7. litteras misit de vilico P. Septimii, hominis ornati; Flacc. 88. quam multi sunt summi homines et ornatissimi et nostri et equestris ordinis ..! Sulla 72. haec et hominum ornatissimorum, qui praetores fuerunt, et universi senatus communis est laus; ib. 82. audistis ... summos viros, ornatissimos atque amplissimos homines, ... eadem dicere; Quir. 17. cum ... homines ... ex ergastulis emptos nominibus gladiatoriis ornarit; Sest. 134. Fufidium, ... hominem ornatissimum; Piso 86. A. Plotio, ornatissimo homini; Planc. 17. ut ipse ... inter ornatissimos homines ... summo splendore fuerit; ib. 32. L. Visidio, ... homini in primis ornato; Phil. VII, 24. ſ. gladiatores.

imaginem: in qua (Capua) ipsa tum imaginis ornandae causa IIviratum gerebat; Sest, 19.

imperatorem: constantiam ordinis in eodem ornando imperatore servabo; prov. cons. 47. qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit; Arch. 31.

imperium: ornandi imperii causa navigandum fuisse; Flacc. 27.

inimicos: ego .. istos otii ... inimicos tantum abest ut ornem, ut ..; Phil. XI, 36.

iudicia: ne quisquam .. audeat reprehendere consulatum meum ... tam ornatis iudiciis, testimoniis, auctoritatibus comprobatum; dom. 76.

laudationem: idem ... lectissimos viros ... cum ... ornatissima laudatione miserunt; Cael. 5.

lectum: lectum .. genialem ... in eadem domo sibi ornari et sterni ... iubet; Cluent. 14.

locum: quamquam mihi semper ... hic locus ... ad dicendum ornatissimus est visus; imp. Pomp. 1. cum eum (locum) nobis maiores nostri exuviis nauticis et classium spoliis ornatum reliquissent; ib. 55. quod (subscriptor) ornabat facete || facile || locum; Flacc. 82.

magnitudinem: qui vestram magnitudinem multitudinemque beneficiorum ... ornare oratione ... possit; Quir. 5.

Messanam: Messana, quae situ, moenibus portuque ornata est || sit ||; Verr. IV, 3.

monumenta: ut ea (monumenta) ne ornari quidem nomine aliorum sinat; Verr. IV, 79. quae (monumenta) sunt verbis ornatiora quam rebus; Scaur. c. 3. § 3.

mortem: cuius mortem ornandam monumento sempiterno putaretis; Sest. 83. mortem .. eius non monimento, sed luctu publico esse ornandam putarem; Phil. IX, 5.

multitudinem: ſ. magnitudinem.

municipia: quae res municipibus Anagninis ornatissimis ... dolori fuit; dom. 81.

myoparonem: myoparonem egregium de sua classe ornatum atque armatum dederunt; Verr. I, 86.

navem: eam navem nuper egomet vidi Veliae ..., pulcherrimam atque ornatissimam; Verr. V, 44. navem .. cybaeam maximam, ... [pulcherrimam atque ornatissimam cybaeam] ... tibi datam donatamque esse dico; ib. ea est enim ratio instructarum ornatarumque navium, ut ..; ib. 133.

nomen: eis || cuius || laudibus certe non solum ipse qui laudatur, sed etiam populi Romani nomen ornatur; Arch. 22. ut populi Romani ... nomen ornarint; Phil. V, 48.

oppidum: quod (oppidum) fuerat in primis Siciliae clarum et ornatum; Verr. II, 86.

ordinem: ſ. alqm; Planc. 24.

orationem: cum hoc „respicite" ornandae orationis causa saepe dixisset; Cluent. 58. cuius (Q. Hortensii) in hoc crimine propulsando cum esset copiosissima atque ornatissima oratio; Sulla 12.

patrimonium: patrimonio se ornatissimo spoliari maluit quam ..; Sulla 58.

pontificem: ad quam (dedicationem) ... non honoribus populi Romani ornatum pontificem ... adhibere potuisti; dom. 118.

potestatem: (potestatem) ornat apparitoribus, scribis, librariis, praeconibus, architectis; praeterea mulis, tabernaculis, [centuriis,] supellectili; leg. agr. II, 32.

praeturam: qui cum ... praetura probata in iure, grata in munere, ornata in provincia, petisset ..; Muren. 53.

provinciam: ego provinciam Galliam senatus auctoritate exercitu et pecunia instructam et ornatam ... deposui; Piso 5. provincia Gallia ... ornatur verbis amplissimis ab senatu; Phil. IV, 9. qui instructam ornatamque a senatu provinciam deposui; ib. XI, 23.

prytanium: in qua (urbe) ... ornatissimum prytanium .. est; Verr. IV, 118.

regionem: tractus ille celeberrimus ..., tota .. nostra illa || ea nostra ita || ... regio se huius honore ornari ... arbitratur; Planc. 22.

res: per quos (amicos) res eius secundae erant ornatae; Sulla 75. haec studia ... secundas res ornant; Arch. 16. ſ. imperatores; Arch. 31.

rem publicam: quibus (insignibus atque infulis) ornatam nobis maiores nostri rem publicam tradiderunt; leg. agr. I, 6. si ornata suis praesidiis erit res publica; Muren. 85.

regem: quem (regem) ornare antea ... solebam; Deiot. 2.

senatum: quod (Crassus) ... in suasione legis Serviliae summis ornat senatum laudibus; Cluent. 140.

sententiam: Cn. Pompeius, qui ornatissimam de me sententiam dixit; dom. 69. cuius sententiam senatus [omnis] de salute mea ... ornatissimam secutus est; Milo 39.

sepulcrum: cuius damnatione sepulcrum L. Catilinae, floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisque celebratum est; Flacc. 95.

sicarios: ſ. gladiatores. — Sinopen: ſ. Amisum.

socios: ut (socii) imperio nostro quam ornatissimi florentissimique essent; Verr. IV, 134.

tabernam: instructam ei .. et ornatam Larini medicinae exercendae causa tabernam dedit; Cluent. 178.

templa: cum illi .. ornarint templa deorum immortalium; Verr. IV, 123. quae (valvae) olim ad ornandum templum erant maxime; ib. 124.

testimonia: ſ. iudicia.

testem: cum fortissimi et ornatissimi [et] ipsa victoria sit testis; Fr. A. III, 11.

tractum: ſ. regionem.

tribunum: tribunus pl., quem ego maximis beneficiis quaestorem consul ornaram; Quir. 12.

veteranos: boni sunt (veterani), quos etiam ornare ... debemus; Phil. XI, 37.

victricem: haec victrix || ultrix || adflictae civitatis rei publicae spoliis ornabitur? dom. 112.

villas: quasi omnium istorum villas ornaturus esses; Verr. II, 183. Verrem esse qui vestras villas suis manubiis ornet; ib. III, 9. ut ... videatur pluris hic villas ornamentis fanorum quam ille fana spoliis hostium ornasse; ib. istorum villae sociorum fidelissimorum plurimis et pulcherrimis spoliis ornatae refertaeque sunt; ib. V, 127.

virum: vir sanctissimus atque ornatissimus huius civitatis; Sex. Rosc. 33. lectissimi viri atque ornatissimi; Verr. I, 15. vir omnibus rebus ornatissimus, C. Varro; ib. 71. vir ornatissimus, C. Aquilius; Caecin. 77. praesertim [cum (voluntatum inclinatio) incubuit ad virum bonum et multis aliis adiumentis petitionis ornatum; Muren. 53. quo in loco C. Postumo || Postumo, Cn. Postumio, Postumio, P. Postumio ||, ... ornatissimo viro, ... respondebo; ib. 54. Q. Naso, vir ornatissimus, ... iudex sumitur; Flacc. 50. quam ob rem abs te Q. Hortensii factum, clarissimi viri atque ornatissimi, non reprehendatur? Sulla 3. in L. Caecilium, pudentissimum atque ornatissimum virum, (Torquatus) vehementer invectus est; ib. 62. ut ex urbe expulerit, [relegarit,] non dico equitem Romanum, non ornatissimum ... virum ..., sed ..; Sest. 29. pater huius equitis Romani, optimi atque ornatissimi viri; Balb. 53. vir omni dignitate ornatissimus; Piso 44. quo ex ordine vir ... ornatissimus, L. Aelius, est ... relegatus; ib. 64. huius ornatissimi atque optimi viri, Cn. Saturnini; Planc. 19. cum hoc Cn. Saturnino, ornatissimo viro; ib. 29. quid ornatissimo atque optimo viro, patri tuo, respondebas? ib. 51. A. Plotium, virum ornatissimum; ib. 54. Appium Claudium ... ornatissimum virum; Scaur. 31. Cn. Domitius Sincaius, vir ornatissimus; ib. 43. vide ... constantiam ornatissimi viri [Tuberonis]; Ligar. 26. conlegis .. eius (referentibus), ornatissimis viris; Phil. IV, 16. M. Lepidus, vir ornatissimus omnibus et virtutis et fortunae bonis; ib. XIII. 49.

urbem: qui Syracusas, urbem ornatissimam, cepit; Verr. I, 55. qui urbem pulcherrimam atque ornatissimam Corinthum ... sustulit; ib. urbem antiquam et omnibus rebus auctam et ornatam; ib. 56. urbem pulcherimam, Syracusas, ... ita reliquit ornatam, ut ..; ib. II, 4. urbis omnium pulcherrimae atque ornatissimae, Syracusarum, direptionem commemorabo; ib. IV, 115. quas urbis P. Africanus .. ornandas esse spoliis hostium arbitratus est; ib. V, 124. in urbe nostra pulcherrima atque ornatissima; ib. 127. Capuam colonia deducetur, urbem amplissimam atque ornatissimam; leg. agr. II, 76. ipsam .. urbem Byzantiorum fuisse refertissimam atque ornatissimam signis quis ignorat? prov. cons. 6.

oro, vortragen, bitten, erſuchen, beten: I. **abſolut**: 1. a. complecti: quo (genere orationis) .. possit vestra in nos universa promerita non dicam complecti orando, sed percensere numerando; sen. 1.

b. causa: quo liberos adire ne orandi quidem causa fas erat; Verr. IV, 101.

2. alqs: quod ab eo pridie, cum multis lacrimis cum oraret atque obsecraret, Heraclius impetrare non potuerat; Verr. II, 42.

II. **mit Ergänzungsſatz**: 1. **Conjunctiv**: vos, Quirites, ... oro atque obsecro, ... adhibeatis misericordiam, ... sapientiam; Rabir. 5. ita vos L. Murena ... orat atque obsecrat, ... sit apud vos modestiae locus, sit demisso animo || demissis

hominibus || perfugium, sit auxilium pudori; Muren. 87.

2. **ut:** quapropter vos oro atque obsecro, iudices, ut ..; Sex. Rosc. 9. orent, ut et illius mortui famam et filii innocentis fortunas conservatas velit; ib. 25. ut ex eis || his || quaeratur ego postulo, hic orat atque obsecrat; ib. 77. non orat, ut eam noctem pervigilet; ib. 98. rogat oratque te, ... ut sibi per te liceat ... vitam in egestate degere; ib. 144. praesentes vos orant atque obsecrant .. ut ... vestrum iudicium ab suo iudicio ne discrepet; div. Caec. 14. orant Lampsacenos, ut gravius apud eos nomen legationis ... putaretur; Verr. I, 69. rogat et orat Dolabellam ut de sua provincia decedat; ib. 72. reus orare atque obsecrare, ut cum consilio cognosceret; ib. II, 75. rogare atque orare patres conscriptos, ut statuerent ne absentium nomina reciperentur; ib. 103. rogant et orant Siculi patres conscriptos, ut nostri magistratus posthac decumas lege Hieronica vendant; ib. 147. cum ad eum Nymphodorus venisset Aetnam et oraret, ut sibi restituerentur; ib. III, 57. hic illi flentes rogare atque orare coeperunt, ut sibi suas segetes ... Apronio tradere liceret; ib. 69. ut ... neque aratori praetor per litteras supplicaret neque eum praesens oraret, ut quam plurimum sereret; ib. 125. orant te atque obsecrant, ut sibi religionem, generi tuo laudem gloriamque restituas; ib. IV, 80. totiens te senatum Panhormitanum adisse ... orantem atque obsecrantem, ut aliquando ille miser ... liberaretur; ib. V, 21. quae (matres) nihil aliud orabant, nisi ut ... liceret; ib. 118. id .. postremum parentes suos liberi orabant, ut ... lictori pecunia daretur; ib. 119. vos ... absens orat atque obsecrat, ut sua religio ... aliquid ... momenti habuisse videatur; Font. 14. orandus nobis erit amicus meus, M. Plaetorius, ut suos novos clientis a bello faciendo deterreat; ib. 36. Oppianicus .. orare hominem coepit, ut sibi rationem ostenderet iudicii corrumpendi; Cluent. 68. ei nunc etiam ultro rogabuntur atque orabuntur, ut agros ... quanti ipsi velint xviris tradant; leg. agr. II, 68. (Cethegum) orare ut item illi facerent; Catil. III, 10. vos oro et obtestor, ut totam causam ... contemplemini; Flacc. 26. hic vos orat .. parvus, ut se aliquando si non integra fortuna, at ut adflicta, patri suo gratulari sinatis; Sulla 89. oro obtestorque vos, .. ut ... in hac civitate ne patiamini ..; Cael. 78. qui omnes ad eum multique mortales oratum ... obsecratumque venerant, ut ne meas fortunas desereret; Piso 77. te ... oro et obtestor, ... ut ... conserves eum; Planc. 104. hic vos aliud nihil orat nisi ut ... liceat; Rab. Post. 48. quid restat nisi ut orem obtesterque vos, .. ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro? Milo 92. vos oro obtestorque, .. ut ... audeatis; ib. 105. „ut ignoscatur oro"; Ligar. 30. (filius) orabat, ut se contra suum patrem ... defenderem; Phil. II, 45. quaeso oroque vos, ... ut ... accipiatis sine offensione, quod dixero, neve ... repudietis; ib. VII, 8. ſ. 3. Rabir. 37. Muren. 86.

3. **ne:** rogare et orare, ne illos supplices aspernarer; div. Caec. 3. rogat eos atque orat ne oppugnent filium [suum]; Verr. II, 96. atque ille me orare atque obsecrare coepit, ne se lege defenderem; Cluent. 144. orat vos Habitus .. et flens obsecrat, ne se invidiae ... condonetis; ib. 201. nihil *aliud* iam vos orat atque obsecrat, nisi uti ne *se* .. funere *et* ... morte privetis, ut eum ... *in* patria mori patiamini; Rabir 37. vos ... oro atque obsecro, .. ut ne .. L. Murenae recentem gratulationem nova lamentatione obruatis; Muren. 86. qui (puer) vos ... orat, ne suum luctum patris lacrimis, patris maerorem suo fletu augeatis; Flacc. 106. illud unum vos magno opere oro atque obsecro, ... ne ... putetis; Planc. 56. huius illa vox volgaris, „audivi", ne quid innocenti reo nocent, oramus; ib. 57. quod .. ne faciatis oro obtestorque vos; Rab. Post. 46. simul illud oro: ... ne me hodie ... oblitum esse putetis mei; Phil. II, 10.

III. **mit Object:** alqm: te, C. Aquili, vosque, qui in consilio adestis, orat atque obsecrat; Quinct. 10. oro atque obsecro vos, qui nostis, vitam inter se utriusque conferte; Qu. Rosc. 20. quam ob rem alteram partem causae sic agemus ut vos doceamus, alteram sic ut oremus; Cluent. 3. vos omnis oro atque obtestor hortorque; Rabir. 35. is, qui te oraret; Ligar. 31. hi (fratres) te orant tui; ib. 35. per dexteram istam te oro; Deiot. 8. facile orari ... soles; ib. 9. ſ. II.

alqd: ſ. II, 2. Verr. V, 118.—3. Phil. II, 10. — amicum: ſ. II, 2. Font. 36. — aratorem: ſ. II, 2. Verr. III, 125.

causam: eam (causam) cum orarit, tum denique vocem accusatoris audiat; Quinct. 43.

consulem: cum flens universus ordo cincinnatum consulem orabat; Sest. 26.

hominem: ſ. II, 2. Cluent. 68. — iudices: ſ. II, 2. Sex. Rosc. 9. patres: ſ. II, 2. Verr. II, 103. 147.

IV. **mit doppeltem Accusativ:** alqm alqd: ſ. II, 2. Rab. Post. 38.—3. Rabir. 37. Planc. 56. — parentes alqd: ſ. II, 2. Verr. V, 119.

ortus, Aufgang: si illud signum ... solis ortum ... conspiceret; Catil. III, 20.

os, Antlitz, Geſicht, Mund, Maſſe, Mündung, Eingang: I. **Subject:** est: quod erat os tuum, cum videbas [in contione] eos homines? Verr. III, 187. sed illud os, illam impuritatem caeni fuisse, ut hos iudices legere auderet! Phil. V, 16.

movent: nihilne te ... horum ora voltusque moverunt? Catil. I, 1.

II. **nach Verben:** 1. adfero: tu vero ... quam causam ad patronos tuos aut quod os adferes? Vatin. 5.

aspicio: quod nemo quemquam tam audacem ... fore arbitrabatur, qui ... ora iudicum aspicere aut os suum populo Romano ostendere auderet; Verr. I, 1.

aufero: Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus, revellit atque abstulit; Verr. IV, 124.

cerno: cuius .. sensus .. et os || eos || cernimus; Marcell. 10.

cingo: ſ. aufero.

cognosco: os hominis insignemque impudentiam cognoscite; Verr. IV, 66.

compleo: ille, cum sanguis os oculosque complesset, concidit; Verr. V, 142.

confrico: cum interea Apronius caput atque os suum unguento confricaret; Verr. III, 62.

contueor: aspicite ipsum, contuemini os; Sulla 74.

converto: video ... in me omnium vestrum ora atque oculos esse conversos; Catil. IV, 1.

fero: eorum ora sermonesque ... ferre non possumus; Phil. XII, 13.

habeo: quod habent os, quam audaciam! Rab. Post. 34.

intueor: quo .. tempore ... ora omnium ... intuemur; Milo 42.

nosco: nostis os hominis, nostis audaciam; Verr. II, 48.

offero: qui ... os tuum non modo ostenderes, sed etiam offerres; Sex. Rosc. 87.

ostendo: tu illarum aedium dis penatibus os impurissimum ostendere (ausus es)? Phil. II 68. ſ. offero. aspicio.

pono: ponite ... ante oculos ... os illud infame;

Phil. XI, 7. ora vobis eorum ponite ante oculos et maxime Antoniorum; ib. XIII, 4.

praebeo: qui testis interrogare ... nolueris et eis tacitus os tuum praebere malueris; Verr. III, 41.

propono: si ora ipsa oculis proposueritis; Sest. 17.

respergo: quorum ... morientium sanguine os uxoris respersum esse constabat; Phil. III, 4.

revello: ſ. aufero.

verbero: os tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti; Piso 63.

video: ego .. os ut videam hominis exspecto; Piso 51. fugitivi ... cum os videbam; Deiot. 3.

2. venit in mentem: venit .. mihi in mentem oris tui; Sex. Rosc. 95.

3. sum: (dixi) mihi videri ore durissimo esse; Quinct. 77.

4. acquiesco in: in tuo ore ... acquiesco; Deiot. 5.

conloco in: in ipso aditu atque ore portus ... tabernacula carbaseis intenta velis conlocabat; Verr. V, 30.

demigro ab: si ... strumae .. ab ore improbo demigrarunt; Vatin. 39.

elabor ex: ſ. excido ex; dom. 104.

emineo ex: toto ex ore crudelitas eminebat; Verr. V, 161.

eripio ex: populi Romani laus est urbem amicissimam Cyzicenorum ... ex ... totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam; Arch. 21. ex ore impurissimo Sex. Clodii rem frumentariam esse ereptam; dom. 26.

evomo ex: in me absentem orationem ex ore impurissimo evomuit; Phil. V, 20.

excido ex: verbum ecquod umquam ex ore huius excidit, in quo quisquam posset offendi? Sulla 72. ex isto ore religionis verbum excidere aut elabi potest? dom. 104.

exeo ex: non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam ..; Vatin. 4.

habeo in: hanc .. habebat semper in ore provinciam; Phil. III, 26.

immineo in: caterva tota ... in ore impuri hominis imminens contionata est; Sest. 118.

sum in: res percrebruit et in ore atque sermone omnium coepit esse; Verr. II, 56. erat ... in ore ... omnium; Phil. X, 14.

versor in: in ore omnium cotidie versabatur; Sex. Rosc. 16. istius nequitiam [et iniquitatem tum] in ore volgi atque in communibus proverbiis esse versatam; Verr. I, 121. in omnium ... ore versaris; Scaur. 50.

III. **nach Subſtantiven:** contumacia: ut isti ... oris oculorumque illa contumacia ac superbia, quam videtis, dissimillimus esse ac semper fuisse videar; Verr. III, 5.

odor: ut odor Apronii taeterrimus oris et corporis ... uni isti suavis et iucundus videretur; Verr. III, 23.

superbia: ſ. contumacia.

IV. **Umſtand:** 1. accipere: qui hasce ore adverso ... cicatrices ac notas virtutis accepit, is ..; Rabir. 36.

advolare: advolas in M. Varronis ... fundum Casinatem. quo iure? quo ore? „eodem," inquies „quo ..."; Phil. II, 103.

appellare: an vero dubitamus quo ore iste ceteros homines inferiores loco, auctoritate, ordine, quo ore homines rusticanos ex municipiis, quo denique ore, quos numquam liberos putavit, libertinos homines solitus sit appellare? Verr. I. 127.

committere: in populi Romani quidem conspectum quo ore vos commisistis? Verr.IV, 26.

erumpere: cum ... totum .. Pontum effervescentem in Asiam atque erumpentem ore .. sustinerent; prov. cons. 6.

excipere: ut filiorum suorum postremum spiritum ore excipere liceret; Verr. V, 118.

facere: quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicii facitis? Cluent. 65.

inhalare: cum isto ore foetido taeterrimam nobis popinam inhalasses; Piso 13.

inquinari: hominem ... ore, lingua ... inquinatum; Cael. 78.

intueri: quo ore vos ille poterit ... intueri? Phil. VII, 21.

lacerare: cum verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerasset; Phil. XI, 5.

male dicere: imitari ... potius avi mores ... debebas quam optimo ... viro fugitivi ore male dicere; Deiot. 28.

saviari: cum illo ore inimicos est meos saviatus; Sest. 111.

significare: ut ipse non solum vita, sed corpore atque ore significat; Verr. III, 23.

tingi: cum cetera scelera stilo illo impuro, Sex. Clodii ore tincto, conscripsisset; har. resp. 11.

violare: quam (religionem) tu eodem ore ... impurissime taeterrimeque violasti; dom. 104.

2. ante: ante os oculosque legatorum tormentis Mutinam verberavit; Phil. VIII, 20.

in: cum haec confessus eris, quae ... in ore atque in oculis provinciae gesta sunt; Verr. II, 81. tria ferebantur ... signa Iovis ... pulcherrime facta: unum illud Macedonicum ..; alterum in Ponti ore et angustiis; ib. IV, 129. cum spumas ageret in ore; ib. 148.

praeter: non intellegebat (Indutiomarus) se in testimonio nihil praeter vocem et os [et audaciam] neque civibus suis neque accusatoribus nostris praestare debere; Font. 29. quando quidem || qui quidem || ... nihil incolume domum praeter os illud tuum pristinum rettulisti; Piso 53.

sine: sed quid pudeat hominem non modo sine rubore, verum omnino sine ore? Fr. B. XV, II, 6.

os, Gebein, Knochen: 1. tango: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat; Sex. Rosc. 72.

2. do: „dedisse poenas sceleratum cineri atque ossibus clarissimi viri ... laetandum est"; Phil. XIII, 22.

inuro: cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inussisti? Verr. I, 113.

reporto: Dexo ... ex tua calamitate cineri atque ossibus filii sui solacium volt aliquod reportare; Verr. V, 128.

3. conloco in: tu in civis optime de re publica meriti ... ossibus simulacrum ... conlocasti; dom. 131.

oscito, gähnen, läſſig, theilnahmlos ſein: alqs: (Staienus) eum (Bulbum), quod iam diu nihil quaesierat, tristem atque oscitantem leviter impellit; Cluent 71. videbar mihi videre alios intrantis, alios autem exeuntis ... hesterna potatione oscitantis; Fr. B. IX, 1.

dux: adde inscitiam ... oscitantis ducis; Milo 56.

osculatio, Küſſen: si (mulier) ... ita sese gerat, ... non libertate sermonis, sed etiam .. osculatione ..., ut ..; Cael. 49.

